

## Epitaphium Danicae

Adsta  
VIATOR  
Paululum

Inuenies hic demiranda, miseranda

Nostine? Danicae

Quae Maniam Suorum

Quos vel pecunia, vel promissa Munia  
Excoecarant, de sana mente deturbarant  
Secuta.

Contra Suecum tumultuata

Hic a se ipsa tumultata est.

Periculum amavit, affectavit

In periculo perijt

O lacrymosa Danica

Cur? Gedanorum fictis, dictis

Quorum ductu seducta

Cur Polonorum? mendicatis, amentibus vicibus

Quorum persuasum in campum educta

Cur Astriacorum promissis omissis

Quorum causa in extremam jam perniciem es deducta

Tam facilis credidisti? Fidem dedisti!

Qui facilis credit, facilis quoque fallitur Idem

Bene latuit

Horum, istorum, illorum.

Invidum, Infidum, Ingenium,

Exilium tuum vident, irident

Miserere, quoso Viator Danicae

Quae alterius miserata miseriam

Se ipsam reddidit miseram

Gladium a Poloni Iugo avertit

Et in sui ipsius Iugulum infausti convertit

Polonum liberauit a praecipitio

Ut se ipsam praecipitaret

Morbus autem primarius

quo laboravit